Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

Et die tertia nupcie facte
sunt in chana galilee:
et erat mater iheſu ibi.
Vocatus est autem et iheſus et dis
cipuli eius ad nupcias. Et deficiente
vino: dicit mater iheſu ad
eum. Vinum non habent. Et dicit ei
iheſus. Quid mihi et tibi o mu
lier. Nondum venit hora mea. Di
cit mater eius ministris. Quecum
que dixerit vobis facite. Erant autem
ibi lapidee ydrie sex posite sim
purificationi iudeorum capientes
singule metretas binas vel ternas.
Dicit eis iheſus implete ydrias
aqua. Et impleuerunt eas usque
ad summum. Et dicit eis iheſus: Ha
urite nunc: et ferte architri
clino. Et tulerunt. Vt autem gusta
uit architriclinus aquam vinum
factum et non sciebat unde esset
ministri autem sciebant qui hauri
erant aquam: vocat sponsum archi
triclinus et dicit ei. Omnis ho
minum bonum vinum ponit: et
cum inebriati fuerint. tunc id quod
deterius. Tu autem seruasti bo
num vinum usque adhuc. Hoc fecit
initium signorum iheſus in chana
galilee: et manifestauit gloriam
suam: crediderunt in eum discipuli
eius. Post hoc descendit capharna
um ipse et mater eius. et fra
tres eius et discipuli eius. et ibi
manserunt non multis diebus: Et
prope erat pasca iudeorum. Et
ascendit iheſus iherosolimam
et inuenit in templo vendentes
boues et oues et columbas. et nu
mmularios sedentes et cum fecis
set quasi flagellum de funiculis omnes
eiecit de templo: oues quoque et bo
ues. et nummulariorum effudit
es: et mensas subuertit et his
qui columbas vendebant dixit
auferte ista hinc: et nolite fa
cere domum patris mei domum ne
gotiationis. Recordati sunt vero
discipuli eius. quia scriptum est
zelus domus tue comedit me.
Responderunt ergo iudei et di
xerunt ei. Quod signum ostendis no
bis. quia hec facis. Respondit
iesus et dixit eis. Soluite tem
plum hoc. et in tribus diebus exci
tabo illud. Dixerunt ergo iudei
Quadraginta et sex annis edi
ficatum est templum hoc. et tu in
tribus diebus excitabis illud.
Ille autem dicebat de templo corpo
ris sui. Cum ergo resurrexisset a mor
tuis. recordati sunt discipuli eius
quia hoc dicebat. et crediderunt
scripture: et sermoni quem dixit
iheſus. Cum autem esset iherosoli
mis in pasca in die festo: multi
crediderunt in nomine eius videntes
signa eius quae faciebat. Ipse autem
iheſus non credebat se illi eorum
eo quod ipse nosset omnes. et quia
opus ei non erat. aut quis testi
monium perhiberet de homine. Ipse
enim sciebat quid esset in homine.
Erat autem homo
ex phariseis. Nicodemus
nomine: princeps iudeorum
hic venit ad eum nocte: et dixit
ei Rabbi: scimus quia a deo
venisti magister. Nemo enim potest
hec signa facere que tu facis.
Nisi fuerit deus cum eo. Respondit
iheſus et dixit ei. Amen amen
dico tibi. Nisi quis renatus fue
rit denuo: non potest videre regnum
dei. Dicit ad eum Nicodemus.
Quomodo potest homo nasci cum sit
senex. Numquid potest in ventre ma
tris sue iterato introire et re
nasci. Respondit iheſus Amen
amen dico tibi. Nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu
sancto non potest introire in regnum